

EX LIBRIS  
ILLVSTRISSIMI VIRI,  
DN. DAN. LVDOLPHI,  
LIB. BAR. de DANCKELMANN,  
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII  
STATVS INTIMI, cetera,  
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ  
TESTAMENTO RELICTIS.

REVERENDI  
CLARISSIMI AC EXCEL-  
LENTISSIMI VIRI, Dn. DAVIDIS  
CHYTRAEI, SS. Theologiae Doctoris ac in  
celeberrima Academia Rostochiensis pro-  
fessoris primarij, &c.

DE VITA ET VITAE CURSU

REVERENDI AC DOCTIS-  
simi viri, Dn. M. Zachariae Praetorij suae  
Breitheri Mansfeldensis, Theologi quondam &  
Poetae Laureati ac Ecclesiae Jslebiensis  
ad S. Andream Ministri,

Anno Salutis, M. D. LXXV.

Mensis Decembris die XXII. placide in CHRISTO defuncti.

I V D I C I V M.

Nepotibus defuncti strenae loco inter caetera oblatum.

<sup>à</sup>  
Bartholomaeo Hornigk Ciue & Ty-  
pographo Jslebiensi.

I S L E B I A E.

A N N O.

---

M. DC.

29.

75



A. LXXV.  
ÆT. XL.

ZACHARIOANNI, SEBASTIA-  
NO, IOACHIMO ET GEORGIO, M. SE-  
BASTIANI, Ecclesie Höhnstadianæ in Comitatu Mansfel-  
densi Pastoris, Filijs, M. ZACHARIAE, Theologi P. L. p.  
m. Nepotibus, PRAETORIIS aliàs BREITHERIS, affi-  
nibus suis carissimis, Bartholomæus Hornigk  
Typographus, S.



Vm ultimæ pagellæ, propter errata quibus Carmina  
Concioni Mencilianæ in funere avi vestri habita sub-  
iecta scatebant, à me essent recudendæ, eiusdem vitæ  
curriculum, à D. D. DAVIDE CHYTRÆO &c. in Chro-  
nico suo admodum eleganter descriptum, & ab eo inter cetera  
parenti vestro ante quinquennium per literas communicatum,  
unâ cum consimilibus quibusdam ad calcem quasi annectere, ali-  
quot exemplaria scorsim excudere, & pro nuper à vobis mihi  
quoq; oblato LUTHERICANTIONUM libello, ad DEI gloriam &  
Ecclesie utilitatem ab avo vestro feliciter interpretato, (id quod  
etiam Diaboli organis pessimè illum depravandi, & perlonato  
quodam Prætorio, contra septimum præceptum proprii emolu-  
menti gratia vobis hæredibus abripiendi & denuo mendosè di-  
vulgandi antam præbuisse videtur,) vobis vicissim strenuè loco  
offerre & exhibere volui. Hoc igitur munusculum affines carissi-  
mi boni consulite, & vestigijs tam avi quàm parētis vestri, (quem  
idem D. D. Chytræus γενναίως καὶ εὖ γενναίως λέμμε in quadam  
Epistola nominare dignatur) alacriter insistentes, pietatem &  
artes DEO gratas diligenter discite, ut aliquando etiam in viros  
tam pios quàm doctos ac bonos evadere, DEO ac omnibus bonis  
placere & ita parentibus gaudio, ac solatio, familijs vero vestris  
honestissimis tam BREITHERIS in Comitatu Mansfeldensi quàm  
MICHAELIS MÜLBECCIIS, HERTZIS & NOPELIS  
in Salinis Saxonis ornamēto esse possitis. Id quod faxit altissi-  
mus Amen. Valete feliciter in DOMINO cum parentibus ve-  
stris carissimis & sorore suavissima, quibus singulis, felix & fau-  
stum huius novi anni auspiciū ex animo precor. Islebij, K L.  
Iana. Anno ultimi seculi, M. DC.

h s

VITA



VITA Dn. M. ZACHARIE PRÆTORII, Theologi quondam & P. L. à CL. D. D. DAVIDE CHYTRAEO, Theologo & Polyistore excellentissimo, &c. descripta.

ZACHARIAS PRÆTORIUS Mansfeldensis, ingenio, doctrina & pietate excellens, vates Dno & Musis carus, ex Islebiensi Ecclesia in Austriam, à NICOLA O Comite Salmensi, vt Ecclesie Ortensis in ripa Danubij, Marcomannis vicina pastor, & vicinarum inspector aliquandiu esset, evocatus, ad linguarum eruditarum & Gallicæ ac Italicæ cognitionem, Slavonicam quoq; adiunxit, ut auditores aliquot suos, quib<sup>9</sup> ex Croatia ob Turcicam Tyrannidem profugis hospitium & agros Salmensis Comes in ea præfectura tribuerat, ipsorum lingua alloqui ac docere, & viuas audire ac reddere voces posset. Revocatus autem elapso triennio, perlustrata prius Ratisbonensi ac Tübingensi & alijs Ecclesijs Islebiam redijt, ubi Reverendi & Clarissimi Viri Hieronymi Mencilij in ministerio docendi collega, fideliter munere suo functus, adhuc iuvenis vix quadraginta annos natus, Phthisi decessit.

Chron.  
1575. fol.  
694. V.  
35. 16.

Venam ingenij, scribendo carmine facilem ac felicem, tractandis sacris & ad gloriam Dei spectantib<sup>9</sup> materijs potissimum impendit, ac inter cœtera nobilissimum LUTHERI odarum seu Cationum Germanicarum libellum latinis versibus eleganter ac feliciter expressit.

EPIGRAMMA AVI VESTRI,  
De suo Cognomine.

1575.  
22 Dec.  
CVR sit idem, quæris. PRÆTORIUS & BREITHERVS,  
Prætozem facile lingua Latina capit.  
Et sonus est propior, quam si Germanica ponam  
Nomina, vel longè significata traham.  
Teutonicum BREITHER, Romana est voce PARATOR,  
Nempe parat DOMINI qui venientis iter.  
Vel potius SPARSOR, seu DILATATOR: ubiq; IN  
Amplificet laudes qui DEVS alme tuas.

IN EFFIGIEM EIVSDEM.

**Z**ACHARIAS cretus PRAETORIVM  
 RVM stemmate, tali,  
 Dum vixit, facie cōspiciendus erat.  
 Linguarum Hebraea, Graea, Auloniaq;  
 peritus,  
 Gallica & Italica, Slavonicaq; fuit.  
 Daphnaa cinctus suadente Melanthe  
 fronde  
 Sustinuit vates inter habere locum.  
 Austria, Tiberia Augusta est mirata docens  
 Et studij mater clara Tubinga pij, (tē.  
 Islebia est etiā, quae vidit prima Lutherū,  
 Gausa officij sedulitate sui. (quentur,  
 Posthuma fama imortali monimēta, lo  
 Perdiderit quantū nostra Sarepta decus.  
 Georgius Regebrandus  
 Archidia. Isl. b. f.

**Z**u hier ist künstlich abgemahlt /  
 Des Herrn Magister Breithen gestalt /  
 (Melanthon in Pretorium gient /  
 Als er zum Poeten ward getrent.)  
 Die Sprachen waren ihm gemein /  
 Hebraisch / Griechisch vnd Latein /  
 Französisch / Welsch / Slavonisch gut /  
 In seinen Schriffen man findet thut.  
 Gottes wort er rein gelehrt vnd bekant /  
 In Doctor Luthers Vaterlandt.  
 In Regenspurg vnd in Osterreich /  
 In Tübingen vnd Esting desgleich.  
 Als er nun het sein lauff vollend /  
 Beschert ihm Gott ein seligs end  
 In Eisteln. In sein sehr istten sein /  
 Wird er hiewort vnterbüch sein /  
 Nunmehr rhuert er selig in Gott /  
 Der vett die seinn aus aller noth / Amen:



**SYMBOLVM PARENTIS VESTRI: DEO DVCE, COMITE CRUCE, ad avitum; CRUX VICTORIA & insignia BREITHERORVM gentilitia, crucem (ut vocant) Andree, accommodatum, à Balthasaro Runavio, T. Borulso.**

Quaeunq; agenda suscipis,  
 Hec cuncta DVCE DEO inchoas:  
**VICTOR COMITE manes CRUCE,**  
 Patienter illam si seres.

**MODESTA COMMENDATIO**  
 & defensio, tam aui, quam parentis vestri carissimi, à M. NICOLAO TREVTERO Collega Schola Isleb. ad S. Andr.  
 conscripta, ANNO  
 M. D. XCIV.  
 h 3 Pure

**P**Vra sui quisquis sequitur vestigia Patris,  
Nec solet ingenuæ linqvere matris iter:  
Hunc non immeritò dulces comitantur honores,  
Hunc & suavisono carmine Musa canit.  
**ZACHARIAS** vir erat **PRAETORIVS**, omne per ævum  
Qui sibi non falso iunxit amore **DEVM**:  
Quiq; propagavit cœlestis semina verbi,  
Invigilans scriptis magne **LVTHERE** tuis.  
Is genuit natum, **IOVA** donante, **SEBASTVM**,  
Maxima qui cordis curaq; spesq; fuit.  
Scilicet ut cupido mox disceret ore fateri  
Æternum, quo nil maius in orbe, **DEVM**.  
Eventus voto respondit euntibus annis,  
Nec pondus fasz non habuere preces.  
Filius hic etenim summum citò nosse parentem  
Cœpit, amans patriæ culta **Lycea** scholæ.  
Ac ubi **Pieria** fundamina iecerat artis,  
Quæ tradit facili doctus **Apollo** via:  
Albiacę sese confert in castra **Minervæ**,  
Et sua **Pegaseo** labra liquore rigat:  
Inde **Magisterij** donec diadema reportat,  
Splendorem generi conciliatq; suo.  
Talia doctrinæ sunt præmia, talia virtus  
Præmia pro studio proq; labore capit.  
Huic igitur, patriæ cum salvus ad arva rediret,  
Islebia certum munus in vrbe datur:  
Nimirum, teneras ut dextro **Numine** mentes  
Ducat ad **Aonias** **Bellerophontis** aquas.  
Publica non autem modò gessit munia ludi,  
Commisum formans erudiendo gregem:  
Sed quoq; collegit cari monumenta parentis,  
Singula concinno disposuitq; modo:  
Vt nunc extet opus, quo sancta **Ecclesia** gaudet,  
Et quo tuta manet posthuma fama patris.  
Efficitis equidem divini dogmatis osor  
Ausus erat nugis dedecorare virum:

Hæret

Hæreticæ membrum fuerit quod & ipse cohortis,  
Et Satane cœca mente probarit opus:  
At libri tollunt vanę mendacia turbę,  
Vulgavit notis quos pia cura typis.  
Ex illis etenim poterit cognoscere lector,  
ZACHARIAM monstri nil aluisse patrem.  
Ac veluti genitor sacris incumbere rebus  
Nobile vivendi censuit esse genus:  
Gnatus in hoc ipso sic ordine vivere mavult,  
Quam tumida mundi conditione frui:  
Cum restent illi tot pulcra volumina patris,  
Quę fontes verę religionis habent.  
Profectusq; sui specimen quia sæpè docendo  
Edidit, Islebia sicut in vrbe patet:  
Nunc Comes HENRICVS, generosus & inclytus Heros  
HÖHNSTADIVM verbo pascere iussit eum.  
Ah quid iners livor, quid iniqua Calumnia tentas?  
Quid petis infontes ungue rigente viros?  
Nonne pio damnum voluisti inferre SEBASTO  
Hoc ut ad officium clauderet aula viam?  
Sed fortuna tibi renuit, viresq; negavit,  
Et felix ausis defuit aura tuis.  
Nil etenim nocuit mordax tua lingua SEBASTO.  
Nilq; tuo potuit roboris esse dolo.  
En ovat erecto PRÆTORIVS ore sacerdos:  
Mœsta tibi turpis deiecit ora pudor.  
Nunc igitur læti læto gratamur amico,  
Quem nunc in sacra collocat eade DEVS:  
Ut doceat, quę sit verissima ianua cęli,  
In Christum sola quę stat aperta fide.  
Auspiciam tibi sit faustum, Reuerende Magister,  
Et diuturna tibi stamina Parca trahat.  
I comitante DEO, felicibus incipe fatis,  
Incipe, nec Superũm destituaris ope.  
In sancto resonans tua sit vex buccina templo,  
Ceu sacer ætherea voce propheta monet.

I. M. D.  
Audiant  
hoc liuor,  
dentemq;  
in dente  
fatiget,  
Corpus  
ut in par-  
tes rumpe-  
re mille  
velit.  
Trabs prius  
us ex oculis,  
& post  
festuca tra-  
hatur &c.  
I. Stigel.  
Angor abi-  
mens læta  
redi: DEVS  
VS O-  
MNIA  
CER-  
NIT;  
Hic il-  
lum qui  
me iam  
premit in  
veniss.

Vibra

Vibra terribilis flammantia fulmina legis,  
Si populus vitijs criminibusq; scævet.  
At culpæ veniam si territa pectora quærent,  
Et de peccatis flagitijsq; dolent:  
Israëliticis sanam de fontibus undam  
Hauri, imbecilles qua recreentur oves.  
Nec modò vera tuo sententia profluat ore,  
Ia sanctis clara luce relecta libris:  
Sed quoq; reijcias tacitam celantia fraudem  
Dogmata, ne possit fucus obesse tibi.  
Nam Stygius Dæmon tibi plurima retia tendet,  
Insidiasq; tibi callidus erro struet.  
Propterea vigilans spirabile Numen adores,  
Vnde Ministerio visq; vigorq; venit:  
Vt te cum reliquis in recto tramite ducat,  
Quos simili positos in statione tenet:  
Ne tua corrumpat præcordia flebilis error,  
Nec sit doctrine dissona vita tuæ:  
Sed nebulas Satane cælesti lumine pellas,  
Semper & immotè ius pietatis ames.  
Vt summi tandem tibi gloria detur Olympi,  
Instar & augusti sideris esse queas.  
Hæc in amicitiæ signum tibi mitto, SEBASTE,  
Carmina, sincero corde legenda, Vale.

QVO ANNO, MENSE AC DIE M. SEBA-  
STIANVS PRÆTORIVS minister Ecclesiæ  
factus sit, sequens distichon  
ostendit:

Viginti Vt binosq; Ve Dies September habebat,  
Enno VVs es pastor spiritus Vallis oVis.

W 1996

8

ULB Halle 3  
002 063 808



nicht aufg., da unvollst. u.  
nicht zu ermitteln!


28 a / 50 1996 /

W 17

M







E V E R E N D I  
A R I S S I M I A C E X C E L  
N T I S S I M I V I R I , D n . D A V I D I S  
H Y T R A E I , S S . T h e o l o g i æ D o c t o r i s a c i n  
c e l e b e r r i m a A c a d e m i a R o s t o c h i e n s i p r o -  
f e s s o r i s p r i m a r i j , & c .

29.  
75

D E V I T A E T V I T Æ C V R S V  
E V E R E N D I A C D O C T I S  
v i r i , D n . M . Z a c h a r i æ P r æ t o r i j s i u e  
i t h e r i M a n s f e l d e n s i s , T h e o l o g i q u o n d a m &  
P o e t æ L a u r e a t i a c E c c l e s i æ J s l e b i e n s i s  
a d S . A n d r e a m M i n i s t r i ,

A n n o S a l u t i s , M . D . L X X V .  
I e n s i s D e c e m b r i s d i e X X I I . p l a c i d è i n C H R I S T O d e f u n c t i .  
I V D I C I V M .  
N e p o t i b u s d e f u n c t i s t r e n æ l o c o i n t e r e x t e r a o b l a t u m .

<sup>Hornigk</sup>  
<sup>Cive</sup>  
B a r t h o l o m æ o H o r n i g k C i v e & T y -  
p o g r a p h o J s l e b i e n s i .

I S L E B I Æ .  
A N N O .  
M . D C .